

## Cur nominatur hoc „symbolum apostolicum“?

Quia vel ab apostolis compositum et quasi per manus traditum est eccle-  
[48:]siae, vt vetustas semper existimauit, vel quia apostolica doctrina tan-  
quam fundamento firmissimo nititur.

## Cur quotidie facienda est recitatio symboli?

5

Symbolum apostolicum propter quinque causas grauissimas quotidie recitandum est: I. quia  
est commonefactio de praecipuis Dei operibus ac beneficijs, II. quia in hac recitatione, si  
mens est pia, fit applicatio beneficiorum Filij Dei, III. quia dulcis consolatio est in summis  
periculis, IIII. quia confessio est contra diabolos, V. quia assuefacit nos, vt cogitemus doctri- 10  
nae testimonia videlicet patefactiones Dei et miracula.

## In quot articulos vsitate distribuitur symbolum?

In tres: primus<sup>y</sup> de creatione, secundus de redemptione, tertius de sanctifica-  
tione.

[49:] Recita primum<sup>z</sup> articulum. [Holzschnitt: Gott neben der Welt als ihr 15  
Schöpfer und Erhalter<sup>a</sup> (Gen 1,1–2,4a)]

Credo in Deum Patrem omnipotentem creatorem coeli et terrae.

<sup>y</sup> primus est: A, E.

<sup>z</sup> I.: D, F, G.

<sup>a</sup> Nicht in A, E. Holzschnitt vor „Recita I.“: D, F, G.